

Berl





D. HONORII
AVGVSTODVNENSIS
ECCLESIAE PRESBYTERI,
cognomento SCHOLASTICI,
DE HÆRESIBVS

OTRIAS LIBELLVS:

Item

CONSTANTINI HARME.
NOPULI SEBASTI NOMOPHY.
LACIS THESSALONICENSES

DE OPINIONIBVS HAERETICORVM, QVAE
SINGVLIS TEMPORIBVS EXTITERVNT,

CATALOGUS,

Cui ADJUNCTA EST Ejusdem

FIDEI ORTHODOXÆ
PROFESSIO.

Pterque cum Indice.



HELMESTADII,
Typis & Sumtibus JOHANNIS HEITMULLERI
Anno dñi M c LXXVI,



V I R O

PLVRIMVM REVERENDO, CLARISSIMO
ATQVE AMPLISSIMO

DN.M. CHRISTO.
PHORO BOSENIO

Ecclesiæ Schöningensis Pastori, Ejusdemque
vicinarum Superintendenti fidelissi-
mo, meritissimo.

Fautoris suo atque omni liberalioris doctrinæ
atque eruditionis magno, justoque anti-
quitatis Ecclesiasticæ æstimatori

Hunc Honorii de Hassibus libellum debitis
obsvrantia,

Offic

JOHANN Deterbeck

S. HONORII AVGVSTO-
DVNENSIS ECCLESIAE
presbyteri libellus
(DE HÆRESIBVS.)

Apud Iudæos fuerunt hæc octo hæreses.

PHARISMI erant clerici Iudæorum , & dicuntur *divisi.*
Horum hæresis erat , quod traditiones suas præferabant
mandatis Dei.

SADDUCEI erant Monachi Iudæorum , & dicuntur
Iusti. Horum hæresis erat , quod resurrectionem corporum
negabant , animam cum corpore interire prædicabant . Leo-
gem Moysi receperunt , scripta prophetarum respuerunt .

ESENII quidam Iudæorum hæretici , dicentes hunc
esse Christum , qui docuit illos omnem abstinentiam .

MARBONII alij hæretici , qui dicunt ipsum esse Chri-
stum , qui docuit illos in omni re sabbatizare .

GENISTAE hæretici de semine Abrahæ se gloriantes .
In Babylone quippe alij Iudæi Paganis mulieribus , alij Israë-
litis mixti , reverbi in Hierusalem , ab omni populo se divise-
runt , & hoc nomen iactantiæ sibi sumpserunt .

MERISTAE hæretici , quosdam prophetas recipiunt ,
quosdam non recipiunt .

SAMARITAE hæretici , solam legem custodiunt , pro-
phetas respiciunt .

S. HONORII

8.
HEME R E BAPTISTÆ, hæretici cotidie vestimenta
& corpora sua lavant.

DE HÆRETICIS PAGANORVM.

Philosophi erant Patriarchæ hæreticorum, inter
quos plures fuerunt hæreses.

9.
PLATONICI à Platone dicti, qui Deum animas, Anges
ios verò corpora creasse, & post multa secula animas in
diversa corpora redire, & omnia in pristinum statum reverti,
dixerunt.

10.
STOICI à loco dicti. Stoa quippe porticus erat Athe-
nis, in qua sapientum & fortium facta erant. In hac Zenophis
Iosóphus discípulos suos instituit. Hi omne peccatum unifor-
me dicunt, tam grave esse triticum quam aurum furari. Bea-
titudinem in sola anima constare, animam cum corpore ins-
terire affirmabant.

11.
ACADEMICI, à villa Platonis Academia dicti. Hi o-
mnia incerta opinantur. Huius sc̄tæ repertor fuit ARCHES-
SILAUS, & sc̄tatoreius DEMOCRITUS, qui dixit ita veris-
tatem in occulto latere, ut aquam in alto puto sine fundo.

12.
PERIPATETICI, à deambulatione dicti, quia autor
eorum ARISTOTELES deambulando disputabat. Hi dicunt
animam ex parte æternam, ex parte mortalem, & omnia for-
mito casu agi ferunt.

13.
GYNICI, ab immundicia dicti. Hi ut canes in vicis &
plateis cum uxoribus coibant, dicentes, coniugium esse ius-
tum & ideo honestum, iure in publico agendum.

14.
EPICURÆI, ab Epicuro philosopho dicti. Hi sum-
mum bonum in voluptate corporis constituant, animam ni-
hil

Hil aliud quām corpus esse dicunt: mundum non à Deo regi,
sed ex atomis, unde productum dicunt.

G Y M N O S O P H I S T A nudi in desertis in die philosophantur, pudenda tantum contingunt. Hi se in ignem pro-
jiciunt amore alterius vitæ.

Quidam philosophi dixerunt, hunc mundum esse Deum,
ut DIONYSIUS: quidam mentem dixerunt Deum, ut THA-
LES MILESIUS: quidam animum in hominibus manentem,
& lucidum, ut PYTHAGORAT: quidam sine tempore incom-
mutabilem, ut PLATO: quidam solutam mentem, ut CICERO:
RO: quidam spiritum & mentem, ut MARO.

Item alii philosophi, ut Platonici mundum affirmant
incorporealem: Stoici corporalem: Epicurus ex atomis; Py-
thagoras ex numeris: Heraclitus ex igne.

In Ecclesia fuerunt hi hæretici:

S I M O N I A C I à Simone Mago dicti, qui pecuniā ten-
tavit donum Spiritus sancti, ab Apostolis comparare. Hi dis-
cunt creaturam non à Deo, sed à quasdam supernā virtute
creatam. Omnes qui emunt spiritualia, sunt Simoniaci, cum
Simone damnandi: qui autem vendunt, sunt Giezitæ, cum
Giezi servo Helisæi reprobandi, qui salutem vendidit, quam
Helisæus gratis dedit, & id ò lepra Naaman ei adhaesit.

M E N A N D R I A N I à Menandro discipulo Simonis di-
cti. Hi mundum non à Deo sed ab angelis factum asserunt.
Hi Christum passum negant. Hi coniugia communia ha-
bent.

N I C O L A I T A à Nicolao Diacono Stephani socio di-
cti, qui uxores suas communes fecerunt.

G N O S T I C I , ab excellentia scientiæ dicti. Hianimam
naturam Dei esse dicunt, bonum Deum & malum fingunt.

S. HONORII

22. CARPOCRATIANI à Carpocrate quodam dicti. Hi Christum hominem tantum de utroq; sexu natum dicunt.
23. CERINTHIANI à Cerintho quodam dicti. Hi circa circumcisionem observabant, mille annos in voluptate carnis post resurrectionem futuros prædicabant.
24. NAZARENI à Nazareh vico dicti. Hi Christum filium Dei confitentur, omnia tamen veteris legis custodiunt.
25. OPHIS dicitur coluber. Inde OPHITA heretici, quia colunt serpentem, eo quod in paradyso induxit virtutis cognitionem.
26. VALENTINIANI à quodam Valentino dicti. Hi secula quædam in originem Dei creatoris inducunt, Christum nil corporis de virginie assumpsisse, sed per eam quasi aquam per fistulam transsisse.
27. APELLITAE, ab Apelle quodam dicti. Hi Christum non Dcum in veritate, sed hominem in phantasia apparuisse dicunt.
28. ACONTHIANI à principibus dicti. Hi omnia opera Dei, opera angelorum dicunt.
29. ADAMIANI dicti, quia Adæ imitantur nuditatem. Nudicenim orant, & nudi coœunt.
30. CAIANI dicti, quia Cain oderant.
31. SETHIANI à Seth filio Adam dicti, qui dicunt eundem esse Christum.
32. MELCHISEDECIANI dicti, quia Melchisedech non Dei sacerdotem, sed Dei virtutem prædicavit.
33. ANGELICIDI dicti, quia angelos colunt.
34. APOSTOLICI dicti, qui nihil proprium possidentes, non recipiunt eos* qui aliquid in hoc mundo utuntur.
35. CERDONIANI à Cerdone quodam dicti. Hi duo principia contraria assertunt.

MAR.



DE HAERESIBVS.

M A R C I O N I T A à Marcione quedam dicti. Hi alterum bonum alterum iustum Deum afferunt, tanquam duo principia creatoris dicunt. 36.

A R T O T Y R I T A ab oblatione dicti. Hi panem & caseum offerunt, dicentes à primis hominibus oblationem à fructibus terræ, & ovium celebratam. 37.

A Q U A R I I dicti, quod aquam solam offerunt in calice sacramenti. 38.

S E V E R I A N I à Severo exorti. Hi vinum non bibunt, vetus testamentum & resurrectionem non recipiunt. 39.

T A C I A N I à quedam Taciano dicti, qui & C R E A T I TÆ. Hic carnes abominantur. 40.

A L O G I, tanquam sine verbodicti. Hi Deum Verbum non credunt, Ioannis Evangelium & Apocalypsin non recipiunt. 41.

C A T A P H R Y G A à Phrygia provincia dicti, unde Montanus. Hi Spiritum sanctum non in Apostolos, sed in se traditum afferunt. 42.

C A T H A R I à munditia dicti. Hi paenitentibus veniam peccatorum negant, viduas, si nupserint, tanquam adulteras damnant, mundiores sc̄ ceteris prædicant. 43.

P A U L I A N I à Paulø Samosateno episcopo exorti. Hi dicunt non semper Christum fuisse, sed à Maria initium sumptus. 44.

H E R M O G E N I A N I ab Hermogene quedam vocati. Hi materiam mundi Deo æqualem faciunt. 45.

M A N I C H A I à Manete quedam Persa dicti. Hi duas naturas & substantias, id est, bonam & malam introducunt, animas ex Deo, quasi ex aliquo fonte manare afferunt; Vetus testamentum respiciunt, novum ex parte recipiunt. 46.

A N O M I A N I sine lege viventes. 47.
ANTHRO.

48. ANTHROPOMORPHITÆ ab homine dicti, ἄνθρωπος
enim homo dicitur. Hi Deum humana membra & humanam
formam habere autemant, cum Deus sit Spiritus & incor-poreus.
49. HERACLITÆ ab Heraclio quodam exorti. Hi mon-
achos tantum recipiunt, coniugia respuunt, parvulos re-
gnum cœlorum habere non credunt.
50. NOVATIANI à Novato urbis Romæ presbytero dicti.
Hi lapsos ad pœnitentiam non recipiebant, & baptizatos re-
baptizabant.
51. MONTANI à montibus dicti. Hi tempore persecutio-
nis in montibus latuerunt, & se à corpore Ecclesiæ diviserunt.
52. EBIONITÆ ab Ebione vocati. Hi Christum perfe-
ctum tantum & iustum virum putant. Hi semiudæi sunt, Eu-
angelium tenent, & legem carnaliter servant.
53. PHOTINIANI à Photino Smirnæ episcopo dicti. Hi
Christum à Maria per Joseph nuptiali coitu conceptum præ-
dicant.
54. AERIANI ab Aërio quodam dicti. Hi offerre sacri-
cium pro defunctis spernunt.
55. AETIANI ab Aërio nominati * ijdem.
56. EUNOMIANI ab Eunomio quodam Dialectico Aëtij
discipulo dicti. Hi afferunt, patri filium similem, & filio Spi-
ritum sanctum dissimilem. Dicunt etiam nullum imputari
peccatum in fide manentium.
57. ORIGENISTÆ ab Origene dicti. Hi dicunt quod non
possit filius videre patrem; neq; Spiritus sanctus. Dicunt et-
iam animas in mundi principio peccasse, & pro diversitate
peccatorum è cœlis lapsas, corpora diversa in terris intrasse
quasi vincula; & hac causa mundum factum fuisse.
58. NOETIANI à Noëto quodam dicti. Hi dicunt Chri-
stum

DE HAERESIBVS.

Huius eundem esse & patrem & Spiritum sanctum : Trinitatem in officiorum nominibus, non in personis accipiunt. Una de & PATRIPASSIANI vocantur, quia patrem passum dicunt.

SABELLIANI à Sabellio discipulo Nōti dicti. Hi unam personam patris & filij & Spiritus sancti astruunt. 59.

ARIANI ab Ario Alexandrino presbytero exorti. Hi diversas substantias in Trinitate faciunt. 60.

MACEDONIANI à Macedonio Constantinopolitano episcopo dicti. Hi negant Spiritum sanctum Deum esse. 61.

APOLLINARISTAE ab Apollinare vocati. Hi dicunt Christum corpus tantum sine anima suscepisse, & Deitatem pro anima habuisse. 62.

ANTIDIOMARITAE contradicunt virginitati Mariæ, dicentes eam post natum Christum viro commixtam. 63.

METANGOSITAE à vase dicti, ἀγγελοι enim vas dicitur. Hi substantiam humanæ carnis à diabolo conditam dicunt. 64.

COLUTHIANI à Colutho quedam nuncapati. Hi dicunt Deum non facere mala, contra illud: *Ego Dominus creans Esa. 45. mala.* 65.

FLORIANI à Florino quedam dicti. Hi dicunt Deum creasse mala, contra illud: *Fecit Dominus omnia bono.* 66.

DONATISTAE à Donato quedam Afro vocati. Hi assertabant Filium Patre minorem, & Spiritum sanctum Filio maiorem, & rebaptizabant catholicos. 67.

BONOSIACI à Bonoso quedam episcopo exorti. Hi dicunt Christum filium Dei adoptivum, non proprium afferunt. 68.

CIRCUMCELLIONES, id est, agrestes, item Cotopita superiorum hæresin sestantes. Hi amore martyrij semetiplos interimunt, ut martyres nominentur. 69.

B

PRISCIL^o



- S. HONORII
70. PRISCILLIANI à Priscilliano episcopo vocati.
Hic in Hispania ex hæresi Gnosticorum & Manichæorum per-
mixtum dogma composuit.
71. LUCIFERIANI à Lucifero Smirnæ episcopo exorti.
Hi in hæresim lapsos & postea ad catholicam ecclesiam rever-
sus recipere nolunt.
72. LOVINIANI à Loviniano quodam monacho di-
cti. Hi assertunt nullam distantiam esse inter nuptias & virgi-
nes, inter abstinentes & copulantes.
73. HALUIDIANI ab Heluidio quodam presbytero no-
minati. Hi dicunt Mariam alios filios post natum Christum
de Joseph peperisse.
74. PATERNIANI à Paterno quodam exorti. Hi inferio-
res corporis partes à Diabolo dicunt factas.
75. ARABICI ab Arabia provincia dicti. Hi animam cum
corpore mori, & utramq; in novissimo die resurgere assertunt.
76. TERTULLIANI à Tertulliano Africæ provin-
ciæ Carthaginensis civitatis presbytero dicti. Hi animam non
immortalem, sed corpoream prædicant; animas peccatorum
post mortem in Dæmones converti affirmant.
77. TESSERADECADITI à quatuordecim dicti: tñas æg
enim quatuor, dñxæ dicitur decem. Hi pascha quartadecimā
lunā cum Iudæis celeb. abant.
78. NYCTAGES à somno vel à nocte vocati. Hi vigilias no-
ctis respuunt, dicentes noctem ad requiem datum.
79. PELAGIANI à Pelagio quodam monacho exorti. Hi
liberum arbitrium gratiæ Dei anteponunt, dicentes, sufficere
voluntatem ad implenda divina iussa.
80. NESTORIANI à Nestorio Constantinopolitano epi-
scopo nuncupati. Hi sanctam Mariam non Dei, sed hominis
tantum genitricem prædicant, aliam personam carnis, aliam
Deita-

DE HAERESIBVS.

Deitatis facientes : nec unum Christum in verbo & carne , sed alium filium Dei , alium filium hominis , affirmant.

EUTYCHIANI ab Eutychete Constantinopolitano ab
bate ita nominati . Hi negant in Christo duas naturas esse , sed solam divinam in eo post assumptionem carnem , scilicet carnem in Deitatem versam prædicant.

ACEPHALI sine capite dicti , & quippe sine , κεφαλη δικαιου caput . Hi sine auctore sunt , & duas substantias in Christo negant , unam naturam in eius persona prædicant.

THEODOSIANI & GAIANITÆ à Theodosiano & Gaiano episcopis Alexandriæ exorti . Hi ex duabus unam in Christo naturam asserunt.

AGNOITA ab ignorantia dicti . Hi dicunt quod Christus divinitas ignoret futura de die novissimo.

TRITEITA à tribus dicti . Hi sicut tres personas in Trinitate , ita asserunt tres esse Deos.

Sunt & aliæ hæreses , & sine nominibus :

Ex quibus aliæ triformem putant esse Deum :

Aliæ Christi divinitatem passibilem dicunt :

Aliæ Christi nativitati de patre initium dant :

Aliæ unam operationem & unam voluntatem in Christo Deitatis & humanitatis prædicant :

Aliæ liberationem hominum apud inferos Christi descensione , negant :

Aliæ hominem Dei imaginem habere non estimant.

Item , aliæ de mundi statu dissentunt :

Aliæ innumerabiles mundos opinantur :

Aliæ aquam Deo coëternam faciunt :

Aliæ nudis pedibus ambulant :

Aliæ cum hominibus non manducant :

Aliæ de corpore Christi dubitant . Quas omnes Catholica Ecclesia damnat .

This horizontal decorative border consists of a repeating pattern of stylized floral or geometric motifs. Each motif features a central, rounded, bulbous shape at the top, flanked by smaller, pointed, leaf-like shapes. Below this, a series of swirling, vine-like lines descend, ending in small, circular or heart-shaped elements. The entire pattern is rendered in a dark, solid blue ink on a background of aged, yellowish-tan paper. The paper shows signs of wear, including creases, faint smudges, and a few small red spots, particularly towards the bottom right.

**Index alphabeticus Catalogi hæreticorum
Honori Augustodunensis.**

A	Cademics	Cerdoniani	ibid.
	<i>Accephaliz</i>	Cerinthiani	ibid.
	<i>Aconthiani</i>	Circumcelliones	7
	<i>Adamicani</i>	Coluthiani	ibid.
	<i>Aeriani</i>	ibid.	2
	<i>Actiani</i>	Cynici.	
	<i>Agnoite</i>	D.	
	<i>Aloti</i>	ibid.	Donatiste
	<i>Angelici</i>	E.	pag. 7
	<i>Anomiani</i>	ibid.	Ebionite
	<i>Antidicomarita</i>	Epicurei	pag. 6
	<i>Antropomorphica</i>	Esseni	2
	<i>Apelliri</i>	Eunomiani	3
	<i>Appolinarista</i>	Eutychiani	6
	<i>Apostolicz</i>	F.	
	<i>Aquarij</i>	ibid.	Floriani
	<i>Arabica</i>	G.	pag. 7
	<i>Arriani</i>	ibid.	Genista
	<i>Arzoyrica</i>	ibid.	Gnostici
		H.	
		ibid.	Gymnosophiste
		ibid.	Heluidiani
		ibid.	Hemerobaptista
		ibid.	Heraclitae
		ibid.	Hermogeniani
		I.	
		ibid.	Lovinianista
			pag. 8
			<i>Lucifer-</i>

I N D E X.

L.			PAG.
<i>Luciferiani</i>		<i>Pauliane</i>	5
	<i>pag. 8</i>	<i>Pelagiani</i>	8
M.		<i>Peripatetici</i>	2
<i>Macedoniani</i>	<i>pag. 7</i>	<i>Pharisei</i>	2
<i>Manichaei</i>	5	<i>Photiniani</i>	6
<i>Marbonei</i>	1	<i>Platonici</i>	2, & 3
<i>Marcionita</i>	5	<i>Priscillianista</i>	8
<i>Melchisedechiani</i>	4	S.	
<i>Menandriani</i>	3	<i>Sabelliani</i>	<i>pag. 7</i>
<i>Meristæ</i>	1	<i>Sadducæi</i>	2
<i>Metangosite</i>	7	<i>Samarite</i>	<i>ibid.</i>
<i>Montani</i>	6	<i>Sethiani</i>	4
N.		<i>Severiani</i>	5
<i>Nazarei</i>	<i>pag. 4</i>	<i>Simoniaci</i>	3
<i>Nestoriani</i>	8	<i>Stoici</i>	2
<i>Nicolaitæ</i>	3	T.	
<i>Noëtiani</i>	6	<i>Tatiani</i>	<i>pag. 5</i>
<i>Novatianni</i>	<i>ibid.</i>	<i>Tertullianista</i>	8
<i>Nystages</i>	3	<i>Tesseradecadita</i>	<i>ibid.</i>
O.		<i>Theodosiani</i>	9
<i>Ophite</i>	<i>pag. 4</i>	<i>Triceita.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Origenista</i>	6	V.	
P.		<i>Valentinians.</i>	
<i>Paterniani</i>	<i>pag. 8</i>		



B 3

CON.



CONSTANTINI HARMENOPVLI de opinionibus hæreticorum CATALOGVS.

s. Arria-
ni qui si-
liū crati-
ram pa-

RIANI, filium Dei creaturam esse dicentes, verbum istud, *Ante me factus est*, quod evangeliſta Iohannes in personā præcursoris & Baptizatō Ioram p̄ hannis protulit; malē pro eo, ac si diceretur, *Ante me creatus est*, interpretantur. Sed malē sentire convincunt vera-
tur ex illo sequente verbo: *Quoniam me prior eras. Omnidō bant, su- enim contrarium dicere debebat, hoc quendam modo: Me am̄ḡ bē prior est, quoniam prior me factus est. Nos autem illud, Ante regim de- me factus est, pro eo, ac si diceretur; Gloriosior & honoratior pravatā me factus est, rectè sentientes accipimus. Refutantur etiam scrip̄tūrā quām de pluribus alijs, tum quod idem Iohannes dixerit: In compro principio (id est, à principio) erat sermo, & sermo erat Deus. Iti- bant. Io. dem & illud, *Omnia per ipsum facta sunt*, quasi per instrumēn- an. 1. v. 30 tum quoddam, intelligebant, puta serram, aliudūc tale. Nos Joan. 1. autem hoc ita dictum aceipimus, ut loqui solemus; Regem v. 8. per filium civitatem aliquam condidisse. Idem & unigenitam Dei filium dicunt, quasi qui solus ab eo factus sit: exieris ab ipso fortè Christo factis. At nos unigenitam hunc dicimus, ve- luti qui solus ex ipso ante omnia secula genitus sit. Etiam hu- b. Macce- ins generis alia plura interpretando depravant se & suz fi- doniavi dem adstruentes,*

Spiritu-
S. creatu-
rā & ser-
vī nihil, punto posse hæc verba collocato, versum alium sic ine-
vī diega
hanc.

KOD

65

choant

DE HERESIBVS.

2

choant: *Quod factum est, in eo vita erit, atq; hoc de Spiritu* *Ioan. 6. 60*
sancto intelligunt. Nos vero locum illum ita legentes, ut ab v. 3. & 4.
initio series ipsa declarat, totum de filio dictum intelligimus.

SABELLIANI Patrem, Filium & Spiritum sanctum, *3. Sabel-*
tres illas hypostases, atq; tres personas beatæ divinitatis unam *hanc*
hypostasin, & unam personam esse tradebant: quæ nonnun-
quam patris, nonnunquam filij, nonnunquam Spiritus spē-
ciem præ se ferret. Sed arguuntur ex eo, quod Ioannes dixit:
Et sermo erat apud Deum, hoc est, cum Deo; unde colliguntur cap. 1.
esse personæ duæ: deq; pluribus alijs dictis Evangelicis. v. 1.

APOLLINARIS Laodicensis sectatores ait, adsum: *4. Apoll.*
psisse Dominum carnem mentis expertem & inanimam, ut *marista*,
cui divinitas mentis & animæ loco sufficeret: pravè scilicet eos
narrantes illud, Et sermo caro factus est. Non enim norant, di-
vinas literas carnem appellare hominem; ut illo quoq; dicto,
Adspicit universa caro salutare Dei. Quærebant idem sibi pa. Esa. 52.
trocinum ex verbis illis, Soluit et templum hoc, & ita ratiocina. v. 10.
bantur: Si caro Domini templum dicitur, & si templum est Ioan. 2.
res inanima; nimirum & ipsa est inanima. Dicunt idem v. 19a
dominum, qui carnem hanc haberet è cœlo, tanquam per
canalem transisse per virginem; idq; de verbis illis colliguntur
Nemo adscendit in cœlum, nisi qui descendit è cœlo, filius hominis, Ioan. 3.
qui est in cœlo. Sed ignorabant, id propterea sic prolatum; *v. 13.*
quod duabus in naturis unam Christus haberet hypostasin.

EUTERHIS atque Dioscori sectatores, filium dicebant. *Eatz;*
speciem eius hominem esse factum, quum unam naturam *chai*,
habeat: haud scio, quoniam modo dictum illud Iohannis in-
telligentes; *Et sermo caro factus est. Addebat huius generis &*
alii plura.

PAULI SAMOSATENI discipuli dicebant Christum *5. Paul.*
esse purum ac solum hominem; divinæ gratias sicut & prophetae
cas,

3
HARMENOPVLI

tas, participem factum. Coarguuntur autem ex Ioannis Baptista verbis: *Me prior erat*, quatenus scilicet existebat ante secula: cum ratione carnis Baptista Christo prior esset. Idem & illud: *Potestatem ei concessit etiam exercendi iudicij, quod filius est filius hominis*, id ne miremini. hoc igitur ita legunt: *Ex potestate concessit ei etiam exercendi iudicij, quod filius est hominus*. Hic integrâ distinctione posita, versum alium inchoantes rursum legunt: *Id ne miremini*.

7. Nestoriani. NESTORIANI dicebant, Christum habere propter virtutem inseparabiliter sibi coniunctum Dei sermonem: ita quidem ut in eo filii duo considerentur; unus Dei, virginis alter. Eaq; de caussâ Christiparam, non Deiparam vocabant eam, quæ reapse Deipara est. Verum & hic cum de pluribus alijs dictis coarguuntur, tum de illo: *Sermo caro factus est*.

8. Sergianoi. SERGII Pyrrhiq; complices, unam voluntatem, & unam actionem in Christo, qui duabus ex naturis esset, trahabant.

9. Origeniani. ORIGENIANI more paganorum existere animas antenuebant, & finem supplicij nunquam finiendo stantib; & animas à corporibus nudas resurgere.

10. Fulloniani. PETRI cognomento FULLONIS ad seclæ, hymno, quem Trisagium vocant, (quod sancti vox ter in eo repetatur) adiecerunt hæc verba; *Qui crucifixus es proprie nos: passibilem scilicet divinitatē facientes, quæ passionis orans expers es*.

11. Marcionites ac Manichæi. MARCIONITÆ ac MANICHÆI legislationem testantur veteris malitierum opificis esse dicunt. Idem quoties apud ipsos baptizatus aliquis moritur, sub lectulo defunctorum. Et vivo quodam occultato, lectulum adeunt, ac mortuum interrogant, an baptizari velit? Respondet occultatus ab imo, velle, atq; ita loco defuncti eum baptizant. Causam rogati, 1. Corin. dicunt hoc Apostolum docuisse, cum ait: *Si prorsus mortuus non resuscitatur*.
15. v. 29.

refuscentur cur etiam baptizantur pro mortuis? Sed ignorant, id hoc modo prolatum proprieatè, quod quicunq; baptizan. Locau-
tur resurrectionis mortuorum, eiusq; spe baptizenur. Hi Pauli
Manichæi Christum dicunt depositio in terra corpore, p. explicat,
rum solumq; Deum in cœlum adscendisse. Idem & mun-
dum, ut malum, & carnem criminantur, ac Dei ab opificio
excludunt. Tradunt & duo principia, malum & bonum, sive
Deum & materiam. De testamento veteri sacrilegè loquun-
tur. Lunam & sidera ceu Deos, adorari iubent. Carnis resur-
rectionem negant. Animarum de corporibus in corpora mi- Mani-
grationem docent. Herbas & arbores & aquam esse res ani- chæi &
matas aiunt. Manichæi vero dicuntur, quod dogma Manu in Mane habet
precio habeant; qui se paracletum appellabant, & Christum retico
speciem conspectum adparuisse docebant. dicti.

MARCELLI, PHOTINI, & SOPHRONII sc̄ptatos 12. Mara-
xes, non confitentes sanctam Trinitatem, sed Spiritum solum celliani,
Deum appellantes, eius sermonem esse dicebant efficacitas Photinie-
rem, quæ in pregnata de semine Davidis habitasset; non sub- ani, &
stantiam, quæ suam habeat hypostasin: male quidem sentient Sopbro-
nes. Nam Dei sermo nec is est, qui profertur, nec ei similis, nianj,
qui mente concipitur, (hi namq; sermones humani sunt & na-
turales) sed quum ultra naturam sit positus, terrenis argutis
minime subiectus.

EUNOMIANI eadem, quæ Arius & Macedonius sen. 13. Euno-
mianos: & eos, quise partibus ipsorum adiungebant, demis.
tos in caput, unâ mersione baptizabant. Minas quoq; futuri
supplicij, & gehennæ, non ad veritatem, sed ad metum prola-
tas nichant. Vocantur ijdem & Anomai, (dissimiles) quod sic
Ium & Spiritum ratione substantia nullam cum patre similis
modinem habere dicent.

NOVATIANI, ex iera pijs, nuptias secundas ab omnia. 14. No-
vati bantur, varijs,

HARMENOPVLE

7. **Sabbatianis.** Sabba bantur; & lapsos, posteaquam resipuerint, non admittebantur. SABBATIANICUM Novatianis eadem sententes, Ius ad patri. dæorum morem in celebrandis festis observabant. Vocantur pueri & Sinistri, quod manum levam abominantur, nec cā sumere nistri & quicquam audent. Idem & Quartodecimani dicuntur, quod Quarti non Dominico die, sicut nos, sed Lunæ decimo tertio, cum decima. Iudeis Pascha celebrant. Appellantur idem & Quartani prosni & pterea, quod Pascha celebrantes, non ad alios divertere, sed Quarta. ieiunare malunt quo pacto nos quarto quoq; die facere solenni appellamus: in hoc quoq; Iudeos imitantes, qui unā cum paschate lantur. panes non fermentatos, lactucas sylvestres comedunt.

10. **Montani.** MONTANI secessores eius qui se paracletum appellat, & mulierculas duas se comitantes habebat, Priscillam ac Maxi- millam, quae etiam vates nuncupabat; quiq; Pegezam, Phrygiae vicum, augustorem reddens, Hierusalem nominabat & hi ergo sanctam Trinitatem in unam personam contrahentes, etiam Pascha perverterebant, sanguinemq; pueri coafossi cum farinâ commiscentes, panem inde confectum invicem sibi offerebant, coq; vescebantur. Matrimonium quoq; prohibebant, & abstinendum certis à cibis doccebant.

11. **Donatista.** DONATISTAE quoddam os manu tenentes, id ipsum matrificæ prius exosculabantur; atq; ita Sacra menta percipiebant.

12. **Masai.** MASALIANI Manichæorum erroribus infecti, quæliani qui dam insuper alia magis impura excogitarunt. Quippe mendicati tem hominum à Dæmonibus occupatam dicunt: naturam sunt Eu humanam in Dæmonum esse consortio: nec baptismum, nec chitæ si. perceptionem sacramentorum hominem purificare: sed so- ve precū hæc ipsi familiarem precationem. Mala in nobis natura ex- studio si, istere. Sic animam sponsi communionem sentire, quemadmo Valenti. modum viri coitum mulier sentiat. Crucem abominantur. & Osiparam multo digerantur honore, neq; præcursorum ac Bas- Bogomil. ptistam

li.



DE HAERESIBVS.

ptistam Ioannem, neq; sanctos, martyribus exceptis. Qui vos
lunt, castrantur. Matrimonia soluunt, Impunè iurant ac pes-
ierant. Se&tam suam anathematizant. Hac peste totus in-
fensus Eleutherius ille Paphlago, præterea se digna quædam Eleuthæ-
adivenit: debere monachum cum duabus cubare mulier. rj Pa-
culis, unoq; anno continenter exacto, posse deinceps impunè phlego-
cognatarum quoq; consuetudine citra discriminem uti, Nomen nis delis
ipsum Masalianorum Græcam in linguam traductum, Euchitas ria-
five precum studiosos significat. Nam precatio magno est
apud ipsos in pretio, quæm & in vulgus efferti vident. Ex re
quæq; vocantur Enthusiastæ. Nam Daemonis vicecepti, eam
sancti Spiritus esse opinantur. Quos enim morbus iste præ-
sus invasit, omnem iij manuum laborem, cœu malum, aversan-
tur: & somno plerumq; dediti, species illas insomniorum vo-
cant Enthusiasmum. Mala dicunt esse naturâ, & quovis in ho-
mine tam Spiritum divinum, quam Daemonia cohabitare. Puca-
ros, qui nascantur ex Adamo, primo parente generis huma-
ni, ut naturam trahere, sic etiam servitutem illam, quâ Da-
emonibus obstringantur: adeoq; consubstantiatum gestare
Daemonem, singulis eorum coabitantem, & potestatem in
eos habentem. Ac baptismum quidem illum expellere non pos-
sc, vel peccatorum radices evellere: solam eis præscriptam pre-
cationem & ejicere Daemonem, & radices ipsas expurgare.
Postquam verò perfectiores ex ipsis statim expertem adfe-
ctionem consecuti sint, venire super eos Spiritum sanctum
adspiciabiliter, & corpus ab impulsu vitiorum adfectuumq;
liberare: ut amplius deinde nec ieiunio corpus premente sit
opus, nec doctrinâ frænum iniiciente, quæq; non insolenter
incedere doceat. Sanctam Trinitatem oculis se sensilibus vi-
deredicunt, indeq; futura prospicere. Mendicis nihil impera-
tiendum lege quasi latâ statuunt, sed sibi duntaxat: cum quiq;

HARMENOPPLI

dem se Spiritu pauperes dicant, quos ipse Dominus beatos
*** Valen.** prædicaverit. Vocantur ijdem & Valentintani, quod * Valens
siniani. tini & Valentis temporibus hæresis eorum pullulaverit. Ap-
pellantur & Bogomili.

19. Bogo.

Hæc BOGOMILORUM hæresis non multò ante noa-
mili. stram ætatem exorta fuit, pars sectæ Masalianorum, & cum co-
rum dogmatibus maiori ex parte consentiens & excogitatio
præterea nonnullis alijs, & auctâ peste. Significat autem Bogo-
*** Bog.** milus iuxta Myorum linguam, * qui Dei misericordiam im-
Deus, plorat. Hi veteris & Novi Testamenti libros repudiant, unde
Mile, cum exposito in eis D:o, quasi qui per afflatum Sathanæ per-
propiti. scripti fuerint, septem duntaxat exceptis, in quorum numer-
us, lingua. ro & Evangelium est. Hos ipsos quoq; libros falsò interpres
et Hæretici tantur, & sacrilegis execrandis sensibus ad ea, quæ ipsis vis-
dentur detorquent. Ignominia crucem divinam afficiunt,
veluti quæ Dominum necaverit; itidemq; reverentiæ dignum
illud faciunt Dominicæ corporis atq; sanguinis, quod quidem
inhabitantium templis Demonum sacrificium appellant.
Nam in omnibus sacris ædibus habitare Demonas aiunt. Nos
strum baptismæ, Ioannis; suum vero, servatoris esse dicunt.
Solam vocant precationem, Pater noster: cæteras repudiant,
battologiam nominant. Deiparos dicunt eos, quoiquor apud
ipsos hoc consequuti sint, ut Spiritus sanctus in eis habitet;
quasi qui sermonem in docendo gignant. Non modò per
sonum, sed vigilantes etiam videre se dicunt, Patrem, ut
senem; cui prolixa barba sit admodum: Filium ei similem,
qui recens lanuginem primam mutet: Spiritum sanctum, in-
star iuvenis, cui valde audeat sint genæ, quod quidem ita fit,
decipientibus eos Demonibus, & inæqualem esse Tri-
nitatem docentibus, pro ipsarum for-
marum diversitate.

MAR





HARMENOPVLI,
FIDEI ORTHODOXAE
PROFESSIONE.

Hominum reapse Christianum oportet credere, sicuti saecula ac universales Synodi sanciverunt, in unum Deum patrem omnipotentem, principij & finis expertem, omnium tam aspectabilium quam inadspectabilium conditorem: Et in unum Dominum Iesum Christum, Dei filium unigenitum, ab aeterno, citraq; passionem ex ipso Deo ac patre natum, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, consubstantialem patri & coaeternum, per quem omnia facta sunt: Et in Spiritum sanctum, coaeternum de Deo ac patre * procedentem, lumen & ipsum Deumq; verum, & patri ac filio coaeternum & consubstantialem: Trinitatem unius & eiusdem substantie, corum dignitatis soli, quae unam in divinitatem coit, quippe Trinitatem in unitate credimus, & unitatem in Trinitate statuimus: Trinitatem, quod in tribus personis & hypostasiibus divinitas consideretur; unitatem, quod unius haec substantiae sint ac divinitatis, & unus a deo Deus. Nam unum Deum credimus, licet in Trinitate agnoscatur: & unum Dominum confitemur, licet in tribus hypostasiibus ostendatur: ac neq; in tres dominantes, nec tres dominatus una divinitas, & unus ille dominatus exorbitat: neq; rursus aliis quispiam Deus est, praeter hasce tres personas, qui sunt, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, & qui non substantijs ac naturis numerantur, sed hypostasiibus & intellectibilibus atq; perfectis proprietatibus; etenim

sanctissima Trinitas personis distincta, ratione substantiae ac
 divinitatis est iadividua. Quapropter, unam substantiam, unum
 regnum, unam potestatem, unam efficacitatem, unum
 consilium, unum imperium, unum dominatum in una sub-
 stantia & natura sanctissimae Trinitatis agnoscimus; non in
 unam personam, vel unam hypostasin eam confundentes. Id-
 è perfectus Deus est pater, perfectus Deus filius; perfectus
 Deus Spiritus sanctus: quum unam & eandem quilibet circa
 defectum, perfectamq; divinitatem habeat. Deus enim, &
 Deus, & Deus, sed hæc tria Deus unus, sicut sancti patres
 prædicant. Nam nihil in eis creatum, vel servum, vel extra-
 neum, quasi factum ortumq; posterius. Quum hæc sanctæ sit
 & consubstantialis Trinitatis ratio, simul etiam incarnationis
 mysteria hoc quedam modo consideri necesse est, quippe
 Dominus noster Iesus Christus, qui unus est è sancta Trinitate,
 Dei filius, propter salutem nostram, suopè consilio, Dei
 que patris voluntate, in terram descendens, ex sancta Deipara-
 sa, perpetuaq; virginie Maria, verè, non speciemens natus est,
 composita sibi ex ea carne, mentis atq; animi compote; per-
 fectusque Deus existens, perfectus homo factus est; ita quo-
 dem, ut idem totus sit Deus, & totus homo; de naturis dua-
 bus, divinitate ac humanitate, una in hypostasi subsistens;
 absq; confusione, mutatione, divisione, ideoq; duas volunta-
 tes naturales & actiones duplices habens. Non tamen duos
 filios, aut duos Christos, aut duos Dominos dicimus, sed uno
 unum filium, & ante incarnationem, & post incarnationem
 eundem: consubstantiam Deo & Patri, ac nobis hominis
 bus, quamobrem & sanctam illam virginem, quæ ipsum inc-
 effabili modo peperit, Deiparam appellamus, uti quæ Deum
 pepererit, quum è sancta Trinitate, qui & crucem sustinuit,
 janguam homo, & tanquam Deus, tertio die resurrexit in
 corpore;

PRO FESSIO.

corperc corruptionis experie, quinque se discipulis saepius
 conspiciendum exhibuisset, in celum cum corpore rursum
 abiit, eodem modo reditus ad iudicandum vives atque mora-
 tuos, quum regnum finis expers, & imperium nunquam ter-
 minandum habeat. Expectanda quoque singulorum homi-
 num resurreccio cum corpore ab interitu vindicato, futura
 sique seculi vita, quæ & iustorum æternam latitiam,
 & sine carens peccatorum supplie-
 cium habebit.



Index catalogi hæreticorum
 Harmenopoli.

A Polinarista	pag. 2	Masaliani	5
Ariani	1	Montani	ibid.
Bogomili	7	Nestoriani	3
Donatista	5	Novetiani	#
Eunomiani	3	Origeniant	2
Eutychiani	3	Pauliani	2
Fullogiani	3	Sabbatiani	5
Macedoniani	1	Sabelliani	12
Manichai ac Marcionite	3	Sergiani	8
Marcelliani, Photinianni, So-			
phroniani	4		

B I N I S.





S. 792


AB 153792

Fa 2590^a

1097



10



NORII
OVNENSIS
RESBYTERI,
HOLASTICI,
ESSIBVS
VS:
NI HARME.
I NOMOPHY.
ONICENSIS
RETIORVM, QVAE
VS EXTITERVNT,
OGUS,
ST EJUSDEM
HODOXÆ
SIO.
Indice.
AD II,
VIS HEITMULLERI
LXXVI,